

tori, *Antiquitates* IV, col. 992 C — 993 B mit Bongars S. 211, lib. III, pars XI, cap. 10—12; ferner Muratori, col. 1017 CD mit Bongars S. 230, lib. III, pars XII, cap. 21—22). Ich will hiefür noch einige Beispiele aus dem nicht publicierten Text anführen und zugleich die anderen Redactionen der beiden Hauptwerke hinzufügen, um ihr gegenseitiges Verhältnis besser in's Licht zu setzen. Ich wähle zunächst folgende Episode aus der Geschichte des (1187) gefangenen Königs Guido von Ierusalem nach seiner Befreiung.

Die ältere Redaction Marino Sanuto's sagt darüber im Cod. R 1, fol. 68 (lib. III, pars VIII, cap. 2):

Sequenti autem estate post ammissionem terre sancte cum rex Guido Tyrum (civitatem Tyrensem) non posset recuperare eo quod predictus marchio (Konrad von Montferrat), qui eam liberaverat, sibi propriam ex pacto vendicaverat; nec de toto regno suo saltem unum casale remanserat, ubi caput reclinaret, indutus verecundia (reverentia) et confusione, presertim cum terra sancta sub ipsius esset amissa (am. es.) regimine, quasi de vita sua non curaret, cum paucis valde quos colligere potuit, Acon civitatem obsedit (Aconensem obs. civ.) in loco (torono) aliquantulum (aliquantum) eminenti, quod est iuxta civitatem, sua tentoria (t. s.) collocando. Erat autem frater eius cum eo Gaufridus de Lisinio (Lusinio), vir animosus et in armis strenuus, qui gratia fratris sui omnes alios precesserat peregrinos.

In der Bongarsischen Redaction (lib. III, pars X, cap. II) S. 196, Z. 13, lautet der Passus:

Jam ad regis Guidonis historiam redeuntes dicamus, quia libertati donatus, ad consortem regni quae in Tripoli erat accedens, inde usque Tyrum processit: sed venienti marchio fores clausit et postulanti negavit introitum suamque non regis asseruit civitatem: per ea quae dicta sunt VIII cap. IX partis. Videns autem rex quia sibi in civitate sua non licuerat hospitari; in toto quoque Ierosolymitano principatu nec unum habebat casale, ubi caput reclinare valeret: indutus verecundia et pudore confusus, eo maxime quod sancta terra promissionis sub eius esset amissa regimine, vita quasi neglecta, stupendo magis quam imitando facto ostendit quia 'periculosa res est desperatio'. In ipsa aestate quae sanctae Ierusalem amissionem secuta est, anno videlicet Domini 1189, cum admodum paucis quos colligere potuit, Ptolomaydam obsedit civitatem, tentoria sua collocans iuxta civitatem in loco aliquantulum eminenti: cum essent pro uno christiano in civitate quatuor Saraceni. Erat autem secum frater eius Gaufridus de Lisinio, vir animosus et in armis strenuus, qui fratris gratia cunctos peregrinos praecesserat.

Von den Redactionen des Paulinus aber hat die dritte